



DOMINO REUERENTISSIMO ET CUL
TU SINCERISSIMAE CARITALIS OBSER
uando. scō uirō & omni honore dignissimo ac p̄rio vrb̄ ep̄scopo
hrabanus in xpo salutem. Quotiescumque praesentiam tuam
beatissime pater cogito. suauis semper delectatione reficior. p̄mi
niscens mansuetudinē & humilitatis. modestae atque tempe
rantiae quae praecipue in tua sc̄itate uisunt. Ita ut ex hoc ueraci
ter agnoscaris eius esse imitator. quid discipulis suis praecipit dicit.
Disce me quia mitissim & humilis corde. Unde quoque pluri
mi sacra dilectione incitati. ad obsequium uenerationis tuae con
currunt. & quodcumque officii possunt. deuotamente offerre
cupiunt. Hinc etiam ego licet terrenarum rerum opes non habeam.
quae solummodo possides quae ad sc̄orum & pauperum xpi necessi
tatem subleuandum pertinet. Tamē hoc quod ex diuina gratia
percepi. sacris diuitiis quas abundanter habes. Insipientia & sc̄ia
tia diuinae legis uoluntaria liberalitate quoddam manusculum
addendum contuli. Optans ualde ut quotiescumque sacro con
spectui tuo illud praesentetur. me recorderis. & si quid utilitatis
in eo repereris. tam tuo quam tuorum usui apte digneris.
Est siquidem mihi de quo loquor praesens uolumen quod in ex
plicationem libri sapientiae. qui a plerisque salomonis nomine
inscribitur. nuper edidi. Quentamen beatus hieronymus. asserit.
non a salomone ut usus habet. sed a filone doctissimo quodam iudeo
fuisse conscriptum. quem pseudo graphum praenotauit. Prop
terea quod usurpationem nominis portet alterius. cuius uolumi

